



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 73. Philadelphiæ Antistitis orattio in qudam Conventu habita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

eam  
Scri-  
retis  
ad  
etut-  
rent  
me-  
ipso-  
artu  
um-  
ibet  
lle-  
ars  
am  
uo-  
ut  
ta-  
fe-  
as  
us  
am  
is  
in  
od  
o-  
ur  
a-

efficaciæ quoad legis executionem, quan- Sæc. XVI.  
A.C. 1562.  
tum tribueretur potestatis arbitrio exe-  
cutorum, qui plerumque sunt aut timi-  
di, aut nimium indulgentes, eapropter  
hujusce facultatis concessio ad solum  
veræ necessitatis eventum redacta est,  
& incerta distributionis portio in ter-  
tiam partem revocata, salva tamen au-  
toritate severiores poenas infligendi, si  
contumacia adversus hoc decretum  
cresceret.

§. LXXIII.

*Philadelphiæ Antistitis oratio in quo-  
dam Conventu habita.*

**H**is ita confectis, cum Leonardus Al- Pallav. 1.7.  
e. 10. n. 11.  
lerus, seu Hallerus Philadelphiæ in  
Ægypto Episcopus titularis, qui non ita Sarp. 1.6.  
p. 516.  
pridem Tridentum venerat, in quodam  
Conventu, ubi hī articuli discussi fuere,  
suam sententiam proferendi occasionem  
nanciseretur, prolixo admodum sermo-  
ne Patres hortabatur; ut priusquam  
disciplinæ leges statuerent, Germaniæ  
Episcoporum adventum præstolarentur,  
ut vero hanc suam opinionem firmaret,  
tres hasce afferebat rationes:

I. Concilium hoc Generale dici non  
potest, in quo una integra Christiani or-  
bis natio, & quidem primaria deside-  
ratur,

K 5

II. Ea



**Sæc. XVI.**  
**A.C. 1562.**

II. Ea non expectata in rebus Synodalibus procedere, non aliud est, quam negotia præcipitare.

III. A Pontifice Germani singillatim literis invitandi fuissent.

Verum hic Præfus, hasce rationes cum tanto animi impetu, verborumque acerbitate proposuerat, ut eidem pluri-  
mi Patres merito succenserent: attamen ignorabat bonus ille Germanus, qui-  
bus impensis officiis Pontifex ante  
biennium per Delphinum, & Commen-  
donum ambos Nuntios suos Germanos  
Principes sollicitasset, quidve tam a Pro-  
testantibus, quam a Catholicis respon-  
sum fuisset, illis plane abnuentibus, his  
vero sese excusantibus, quod Concilio  
interesse non possent. Ceterum pleri-  
que opinabantur, Præfulem hunc Legato-  
rum Cæfareorum impulsu ista locutum,  
cum hi, eoquod concessionem Calicis in  
aliud tempus prolatam viderent, cetera  
omnia negotia in longum protracta cu-  
perent: ast hæc suspicio omnino falsa  
erat; haud enim ignorabant Oratores,  
quod Cæsar Legatos literis suis im-  
pense rogasset, ut reformationis nego-  
tium urgerent.

§. LXXIV.